aa. 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0001-4

Maa. 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0004-0

# S. GREGORII NAZIANZENI

## DEFINITIONES RERUM SIMPLICES:

*GRAECE PRIMVM EX AVGVſtana bibliotheca editæ à* DAVIDE HOESCHELIO, *cum eiuſdem Hœſchelij Notis, & Latina verſione* IOANNIS LEVNCLAVII V.C. *nunc recuſæ.*



Ex officina Michaëlis Mangeri.

CIↃ. IↃ. XCIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0005-6

KŒN.PR.FR.
UNIVERS.
ZV HALLE.

Universitäts- und Landesbibliothek
Halle
(Saale)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0006-1

PRVDENTIA, VIRTVTE ET doctrina ornatiſſimis viris, Dn. PETRO STEVRNAGELIO, V. I. L. Dicaſterio Auguſtæ à libellis, compatri ſuo; & Dn. IOANNI STIRZELIO, ampliſſimo Ordini ibidem à manibus: dominis plurimum colendis DAVID HOESCHELIVS A. S. D.

EXTANT, viri ornatiſsimi, ὅροι Πλάτωνος, ψευδεπίγραφοι, ut puto. Editi ſunt etiam ante XX. annos ὅροι τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς Γρηγορίου Ναζιανζηνοῦ τοῦ Θεολόγου. Sed hi Latine duntaxat, interprete clariſsimo & doctiſsimo viro D. Io. Leunclauio. Verum quia dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ; non ingratum me doctis facturum exiſtimavi, ſi, qua eſſent lingua ab autore ſcripti, eoſdem illos ὅρους Naz publicarem. Vſus ſum autem codice inclyti Senatus noſtri A. non nuſquam correctiore atq; integriore, quàm ille interpretis fuit; ut ex eius conuerſione apparet. Hoc Theologi Opuſculum Vobis, ornatiſsimi viri, inſcribere volui; non quin maiore digni ſitis: (quanquam Iambos hoſce rerum grauitate potius, quæ illis continentur, quam verſuum paucitate, ſi metiamini: plurimorum prolixis ſcriptis vos prælaturos eſſe, ſat ſcio) ſed ut meæ erga vos obſervantiæ hæc qualiſcunq; arrha eſſet, gratiq; animi, pro beneficiis, ſignificatio. Spero vos meum hoc ſtudium boni conſulturos, meq; (ut hactenus) commendatũ habituros eſſe. Bene in Chriſto valete; à quo felicitatis incrementa & incolumitatẽ Vobis ex animo precor. Poſtridie Idus Martij, 1591, Augu.

# ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

## ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ

περί.

Ο ΜΕΓΑΣ οὗτος Γρηγόριος (ὁ Θεολόγος,) αὐτὸς ἐξηγητὴς, αὐτὸς καὶ διδάσκαλος τοῦ κατ' αὐτὸν γεγένηται βίου, ἐν οἷς τὸν μέγαν Βασίλειον, καὶ Γρηγόριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν ἀδελφὸν Καισάριον, καὶ Γοργονίαν τὴν ἀδελφὴν λόγοις ἐπιταφίοις τιμᾷ. ὅθεν οἱ περὶ αὐτοῦ τι συγγράψαντες, οὐκ ἄλλοθεν ἀλλ' ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων ἔλαβον ὧν εἶπον τὰς ἀφορμάς. τοσοῦτον οὖν μόνον εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι, εἰ ἔδει γενέσθαι ἐν ἀνθρώποις εἰκόνα τινὰ καὶ στήλην, κατὰ μέρος ἐκ πασῶν συγκειμένην τῶν ἀρετῶν, τοιοῦτος ἦν ὁ μέγας Γρηγόριος. βίου γὰρ λαμπρότητι τοὺς κατὰ πρᾶξιν δοκίμους ὑπερβαλὼν, ἐπὶ τοσοῦτον θεωρίας προήχθη, ὡς πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σοφίας αὐτοῦ τῆς ἔν τε λόγοις καὶ τῆς ἔν τε δόγμασιν· ὅθεν καὶ τὴν Θεολόγου προσηγορίαν ἐκτήσατο. ἦν δὲ κατὰ τὸν τύπον τοῦ σώματος, τὴν ἡλικίαν μέτριος, ὕπωχρος βραχὺ μετὰ τοῦ χαρίεντος, σιμὸς, ἐπ' εὐθείας τὰς ὀφρῦς, ἥμερον βλέπων καὶ προσηνές· θάτερον τῶν ὀφθαλμῶν, ὃς ἦν δεξιὸς, ἔχων συννότερον, ὃν καὶ οὐλὴ κατὰ τὸν κανθὸν συνῆγε· τὸν πώγωνα οὐ βαθὺς, δασὺς δὲ ἱκανῶς· φαλακρὸς, λευκὸς ταῖς θριξί· τὰ ἄκρα τῆς γενειάδος ὡς περικεκαπνισμένα ὑποφαίνων.

# DE GREGORIO NAZIANZENO, ex Simeone Metaphraſte: interprete Io. Leunclauio.

*Magnus hic Gregorius (Theologus) vitam ipſe ſuam expoſuit in ijs funebribus orationibus, quibus Baſiliũ Magnum, Gregoriũ patrẽ, Cæſariũ fratrem, & Gorgoniam ſororẽ ornat. Ac proinde qui vitã illius conſcripſerunt, nõ aliunde quàm ex ipſius operibus dicendi argumentum acceperunt. Hoc unum neceſſario dicendũ, quod ſi quidẽ apud homines exiſtere neceſſe erat effigiem quandã & columnam ex omnibus virtutibus conſtantẽ, hæc erat Gregorius. Nam quũ vitæ ſplendore eos qui actionis laude florebant, ſuperaſſet: eo rurſus cõtemplationis progreſſus eſt, ut omnes illi ſapientiæ doctrinæq; laude cederent, tam eius quæ in verbis quam quæ in fidei dogmatibus verſatur. unde etiã Theologi cognomentũ adeptus eſt. Quantũ autem ad corporis formã attinet, ſtatura mediocri erat, pallidus aliquantũ, nõ tamen citra venuſtatẽ; depreſſo naſo, ſuperciliis in rectũ protenſis, aſpectu blando & ſuaui, altero oculo nẽpe dextro ſubtriſtis, quem etiã cicatrix quædã contrahebat: barba non promiſſa, denſa tamen. (Qua parte) caluus (non erat; nam ſubcaluus erat;) albos crines habebat; ſummas item barbæ partes velut fumo obſitas oſtendebat.*

# S. GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI

## *Definitiones rerum ſimplices.*

DEVS eſt princeps eſſentia, bonumque princeps. *Mundus* autem rerum tam fluxarum quam mentis intelligentiâ comprehenſilium cõnexio. *Natura* eſt, aliquid vel huiuſmodi vel illiuſmodi eſſe. *Angelus* verò, expers materiei natura, creatumque ordine princeps. 5 Et quid ſunt illi *angeli qui à bono exorbitarunt?* genij mali: Quorum princeps eſt, qui olim erat *Lucifer*, Informium tenebrarum inuentor & antiſtes. *Materies*, eſt formarum ſedes, creatum alterum. Materiei verò expreſſæ pulchritudo & elegantia, eſt *Idea*. 10 Rerum tam fluxarum quam mente comprehenſilium limes eſt, *cœlum*. *Siderum* natura eſt ignis in orbem curſitans. *Lux* eſt ſplendor quidam ex igne, aliud nihil quàm quod animæ *Ratio*. Caligo duplex eſt, ſplendoris duplicis diſsipatio. *Seculum*, eſt interuallum, quod citra temporis menſuram, ſemper fluit. 15 *Tempus*, menſura motus ſolaris. *Terra*, ſtabilitas materiei, quæ una cum polo in orbem agitatur. *Ignis*, natura vim habens urendi, & ſurſum tendens. (*Aqua*, natura fluida, deorſum vergens.) *Aer*, vacuitatis repletio, fluxioque ſpirabilis. 20 *Homo*, figmentum & imago Dei. *Corpus*, materies, craſsicies quædam dimenſiones habens.

*Elementum*, prima corporis cuiuſque pars. *Animus*, natura vitalis & agitandi vi prædita: cum

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

## Ὅροι παχυμερεῖς.

Θεὸς μέν ἐστιν οὐσία, πρῶτον καλόν·
Κόσμος δὲ, * ῥευστῶν καὶ νοουμένων θέσις.
Τὸ δ' ἓν ἕκαστον τοῖον ἢ τοῖον, φύσις.
Φύσις δ' ἄϋλος, ἄγγελος, πρώτη κτίσις.
Οἱ δ' ἐκτραπέντες τοῦ καλοῦ τί; δαίμονες·
Ὧν πρῶτός ἐστιν, ὅς ποτ' ἦν ἑωσφόρος,
Σκότους δυσειδοῦς εὑρετὴς καὶ προστάτης.
Ὕλη δὲ μορφῶν ἕδρα, δευτέρα κτίσις.
Ὕλης δὲ κάλλος, εἶδος ἐκμορφουμένης.
Ὅρος δὲ * ῥευστῶν καὶ νοουμένων, πόλος.
Ἄστρων δὲ φύσις, πῦρ κύκλῳ περίδρομον.
Φῶς δ' ἐστὶ λάμψις ἐκ πυρὸς, ψυχῆς λόγος.
Σκότος δὲ δισσὸν, λάμψεως δισσῆς λύσις.
* Αἰὼν, διάστημ' ἀχρόνως ἀεὶ ῥέον.
Χρόνος δὲ, μέτρον ἡλίου κινήσεως.
Γῆ, πῆξις ὕλης τῷ πόλῳ κυκλουμένης.
Πῦρ δὲ, φλέγουσα καὶ ῥέουσ' ἄνω φύσις.
*[Ὕδωρ δὲ, ῥευστὴ καὶ κατάρροπος φύσις.]
Κενοῦ δ' ἀὴρ πλήρωμα, καὶ πνευστὴ ῥύσις.
Ἄνθρωπός εἰμι, πλάσμα καὶ εἰκὼν θεοῦ.
Τὸ σῶμα δ' ὕλη, καὶ διαστατὸν πάχος.
Στοιχεῖόν ἐστι σώματος πρῶτον μέρος.
Ψυχὴ δὲ, φύσις ζωτικὴ, φέρουσά τε·

Λόγος δὲ καὶ νοῦς τῇ γ' ἐμοὶ συνεκράθη.
Ζωὴ δὲ, σώματός τε καὶ ψυχῆς δέσις·
Ὡς θάνατον εἶναι, τῶνδε τὴν διάστασιν.
Νοῦς δ' ἐστὶν ὄψις ἔνδον, οὐ περίγραφος.
Νοῦ δ' ἔργον, ἡ νόησις, ἐκτύπωμά τε.
Λόγος * δ' ἔρσυνα τῶν νοὸς τυπωμάτων.
Ὃν ἐκλαλύσας ὀργάνοις φωνητικοῖς.
*Αἴσθησίς ἐστιν εἰσδοχή τις ἔκτοθεν.
Μνήμη, κάθεξις τῶν νοὸς τυπωμάτων.
Λήθη δὲ, μνήμης ἐκβολή. λήθης δέ γε
Μνήμη τις αὖθις, ἣν ἀνάμνησιν λέγω.
*Βούλησιν οἶδα, νοῦ ῥοπὴν καὶ συνδρομὴν
Τῶν ὅσ' ἐφ' ἡμῖν. τἄλλα δ' οὐ θελητέα.
*Ἡ δ' οἱ θέλω κίνησις, ἐξουσιότης.
Τὴν σύντονον δὲ καὶ προθυμίαν λέγω·
Τὸ δ' ἀκούσιον, βουλήσεως τυραννίδα.
Λογισμὸν οἶδα πραγμάτων διαίρεσιν.
Πόθος δ' ὄρεξις ἢ καλῶν ἢ μὴ καλῶν.
Ἔρως δὲ θερμὸς δυσκάθεκτός τε πόθος.
Θυμὸς μὲν ἐστιν ἀθρόος ζέσις φρενός.
Ὀργὴ δὲ θυμὸς ἐμμένων. ὁ δ' εἰς κακὸν
Μνήμων, λοχῶν τε, μνησικακία τυγχάνει.
Πέψιν δὲ λύπης οἶδα μακροθυμίαν·
Τὸ δὲ πρὸς ὕβριν ἤρεμον, ἀοργησίαν,
Ἣν δὴ πρᾳότητα τοῖς πάλαι καλεῖν ἔθος.
Ἕξιν δὲ καλῶν, τὴν ἀρετὴν νόμιζέ μοι·
Τῶν δ' αὖ κακίστων, τὴν ἐναντίαν νόσον·

cum quo mihi tam ratio quã mens eſt miſta tẽpe-rataq;. 25 *Vita*, corporis animiq; connexio: quẽ-admodum *Mors* eorundẽ eſt diſtractio. *Mens*, eſt oculus internus, certo ſpacio minime circumſcri-pta. Eius opus eſt, *cogitatio* & expreſsio rerum. * *Ratio*, mentis expreſsionum & informationum peruestigatio: 30 Quã per inſtrumẽta voci formã-dæ idonea proferes. *Senſus*, eſt receptaculũ quod-dam rerũ exterarum. *Memoria*, retẽtio impreſsio-nũ mentis. *Obliuio*, memoriæ amiſsio, Et obliuio-nis depoſitio, eſt ſecũda quædã memoria; quam *recordationẽ* ſiue *reminiſcentiã* vocamus. 35 *Voluntas*, eſt mentis inclinatio & concurſus quaſi quidam in ijs rebus, quæ res in nobis ſitæ ſunt. nã cætera ſub voluntatem non cadunt. *Arbitriũ*, eſt facultas mouendi ſe quo libet: quod ſi vehementer in-tenditur, *cupiditas* dicitur. *Inuoluntariũ*, eſt tyrãnis, ac vis quædã voluntati adhibita. 40 *Ratiocinatio-nem* eſſe ſcio rerum diuiſionẽ. *Deſideriũ*, eſt appe-titio rerum vel honeſtarũ vel inhoneſtarũ: *Amor* autem, fervẽs & effrenatum deſiderium. *Iracundia* quidem, eſt ſubitus quidã animi feruor: *Ira* vero, durans aliquandiu iracundia. 45 Μνησικακία (di-xeris *iniuriarũ memoriam*) iracundia procedens ad acceptorum malorũ recordationem & inſidias. *Tolerantia*, doloris eſt concoctio. Αοργησία, ſiue *lentitudo ad iram*, * in inferenda iniuria quædã ani-mi remiſsio: quam priſci homines *manſuetudinẽ* ſiue *lenitatẽ* appellare ſolebant. *Virtutẽ* arbitramur eſſe habitum rerum honeſtarum: 50 cui contra-rius morbus eſt *vitioſarum rerum habitus*.

Et al-

Et altera quidem Dei donum eſt: altera quiddam inuenticium. *Venuſtas*, eſt apta totius rei concinnitas: ſicut *Turpitudo* eſt venuſtatis violatio. *Fortitudo*, firmitas quædã eſt animi periculoſis in rebus. *Audacia* vero, confidentia in ijs quæ audenda non erant: quemadmodum *Timiditas*, animi cõtractio in rebus omnino audendis. *Temperãtia*, in voluptatib. abſtinentia: quemadmodũ *Laſciuia* eſt, ijſdem ſuccumbere. *Iuſtitia*, nõ quærere ut potiore ſis cõdicione quàm alij: ſicut *Iniuſtitia* eſt æqualitatis ingreſsio. *Prudentia*, eſt experientia & uſus rerum. *Sapientiã* putare debes eſſe cõtemplationem rerum univerſitatis. *Simplicitas*, eſt habitus quidã ad malum iners ac negligens. *Fraudulentia*, morũ peruerſitas. *Voluptas*, animi quædã mollicies. *Dolor*, morſus & cõfuſio cordis. *Cura*, cordis eiuſdem quaſi volutatio quædam; quã *ſollicitudo* ſuperat. *Conſideratio*, ratiocinationũ velut adverſatio, & pugna de rebus agendis. *Iudiciũ*, firmitas ſtabilitasq; deliberationũ mentis. Quarum mihi rerum omnium abiectio eſt ἀκηδία, ſiue tædium cum mœrore negligentiaq; coniunctum. *Inuidia*, tabes animi, de ſecundis proſperisq; vicinorum rebus orta. βασκανία ſiue *Faſcinatio*, detrimentum quod infertur alteri propter inuidiam. *Adfectus laudabilis*, eſt vitiorum repræhenſio. *Pudor* eſt animi quædam contractio, quæ fit ex turpitudinis metu. Eius contemptus, dicitur ἰταμότης, ſiue *procax impudentia*. *Diligentia* ſiue *Studium*, eſt affectio quædam in rem præſentem defixa & intenta: cuius abolitio, eſt *Ignauia*.

Cunctatio

Τὴν μὲν θεοῦ δώρημα· τὴν δ' ἐφεύρεσιν.
Κάλλος δὲ παντός ἐστιν εὐαρμοσία.
Αἶσχος δε, κάλλους ὕβρις· ὡς ἐμὸς λόγος.
Ἀνδρεία δ' ἐστὶ πρὸς τὰ δεινὰ στερρότης.
*Θράσος ἦ, θάρσος πρὸς τὰ μὴ τολμητέα.
Δειλία δὲ, συστολή τις εἰς τολμητέα.
Ἡ σωφροσύνη δ' ἐπικράτησις ἡδονῶν·
Ἧτταν δὲ τούτων, τὴν ἀσέλγειαν λέγω.
Δικαιοσύνη δὲ, μὴ πλέον ζητεῖν ἔχειν.
Τῆς δ' ἰσότητος ἔκβασις, τοῦτ' ἀδικία.
Φρόνησίς ἐστι, πραγμάτων ἐμπειρία.
Σοφία νομιζέσθω δὲ τῶν ὄντων θέα.
Ἡ δ' ἁπλότης ἕξις τὶς ἀργὴ πρὸς κακόν.
Ἡ διπλόη δ', τοῦ τρόπου κακουργία.
Ἡ δ' ἡδονὴ, ψυχῆς τίς ἐστι λειότης.
Λύπη δὲ, δεσμὸς καρδίας καὶ σύγχυσις.
Φροντὶς δ' ἑλιγμός· ἡ μέριμνα τὸ πλέον.
Σκέψις, λογισμῶν ἀντίθεσις εἰς πρακτέα.
Κρίσις δὲ πῆξις τῶν νοὸς βουλευμάτων·
Ῥίψιν δὲ τούτων οἶδα, τὴν ἀκηδίαν.
*Φθόνος δὲ τῆξις, εὐρούντων τῶν πέλας.
Ἡ βασκανία δε καὶ βλάβη διὰ φθόνον.
Τῶν δ' αὖ κακίστων μέμψις, αἰνετὸν πάθος.
Αἰδὼς δὲ συστολή τις ἐπ' αἴσχους φόβῳ.
Αἰδὼς δὲ περιφρόνησις, ἡ ἰταμότης.
Σπουδὴ δὲ, σύστασίς τις εἰς προκείμενα·
Λύσιν δὲ ταύτης οἶδα, τὴν ῥαθυμίαν.

Ὁ δ' ὄκνος ἐστὶ πρός τι δυσκινησία.
Ζῆλος δ' ὁ μὲν μίμησις· ὁ δ' ἀνία τις.
Φίλτρου κλαπέντος εἰς ξένον ποθούμενον·
Καλοῦσι δ' αὐτὴν ζηλοτυπίαν οἱ πάλαι.
Ἀλαζονίαν, ὄγκον οἶδα καρδίας·
Τῦφον δ' ἄναψιν, ἣν ἐγείρει κουφότης.
Ὑπερήφανος δ' ἔμοιγε καὶ φαννητίας.
Τὴν δ' αὐθάδειαν, αὐταρέσκειαν λέγω.
Ταπεινοφροσύνη, μὴ φρονεῖν ἐπάξιον.
Ταύτης δόκησίς ἐστιν ἡ εἰρωνεία.
Ἐλευθερία δὲ χρημάτων ἁπλῆ δόσις·
Τούτων λάφυξιν οἶδα τὴν ἀσωτίαν.
Ἀνελευθερίαν δέ φημι τὴν φειδωλίαν.
Μεγαλοπρέπεια δ' ἐστὶν ἔργων λαμπρότης.
Μικροπρέπεια, τὸ φρονεῖν μικροῖς μέγα.
Μεγαλόφρονος, τὸ πάντα εὐπετῶς φέρειν.
Τὸ δ' οὐδὲ μικρά, τοῦτο μικροψυχίας.
Φιλοτιμί' ἐστὶ μέτριος τιμῆς πόθος·
Ἡ χαυνότης δὲ καὶ πέρα τοῦ μετρίου.
Κενῶν δ' ὄρεξιν ἴσθι κενοδοξίαν.
Δόξαν, τὸ τοῖον ἡμῖν ἢ τοῖον δοκεῖν.
Ἄλλη δὲ δόξα πραγμάτων φαντάσματα.
Ὕβρις μέν ἐστι δυσμενοῦς οὐκ εὐμενὴς
Πρᾶξις, λόγος τε. λοίδορος δ' αἴσχη φέρει.
Μέμψις δ' ἀτιμώρητος ἐκ φίλου ψόγος.
Κατηγορία δ' ἔγκλημα τῶν κολασέων·
Ἡ δ' οὐκ ἀληθὴς γίνεται συκοφαντία·

*Cunctatio* difficilis eſt impulſio ad rei alicuius effectionem. *Aemulatio*, partim eſt imitatio; partim dolor quiſpiam. 80 quum amor furtim translatus eſt in alienum & extraneum, quem ſummopere deſideramus. Hanc poſteriorem priſci homines *zelotypiā* appellabant. *Arrogantia*, cordis ingens eſt tumor. *Faſtus*, inflammatio quædam animi, quam leuitas excitat. Etiam *Oſtentator* à me pro homine ſuperbo ducitur. 85 *Pertinaciam*, vitium animi ſibimetipſi placentis voco. *Humilitas*, ſiue *Animi ſummiſſio*; non ita de ſemet ſentire, uti quis merito ſuo poterat. Huius opinio eſt *Simulatio*. *Liberalitas*, eſt ſimplex pecuniarum largitio: Earundem diſsipationem, appello *Prodigalitatem*. 90. *Illiberalitatem* voco parcimoniam. *Magnificentia*, ſplendor quidam eſt operum. Μικροπρέπεια vero, exiguis facultatibus valentem, elato eſſe animo. *Magnanimi hominis* eſt, omnia facile commodeq; ferre. Verum ne exigua quidem æquo poſſe pati animo, *Puſillanimitatis* eſt. 95 *Philotimia*, eſt moderata honoris cupiditas. *Inſolentia Perſuaſioq; faſtuoſa*, modum excedit. κενοδοξίαν ſiue *Ambitionem*, ſcito vanæ gloriæ appetitionem eſſe: *Gloriam* vero, talem vel talem aliquem videri. Quamquam alia quoq; gloria quædam eſt, nimirum in rerum imaginationibus poſita. 100 *Iniuria*, eſt aduerſarij minime amica vel actio, vel oratio. Et hominem *maledicum* fœda quædam adferre neceſſe eſt. Ab amico profecta *vituperatio*, quædam eſt repræhenſio, quæ pœnam nullam meretur. *Criminatio*, rerum puniendarum eſt accuſatio. Quod ſi falſa ſit, in *Sycophantiam* mutatur:

105 Sin clandeſtina, *Calumnia* vocari debet. *Maledicentia*, eſt reprehenſio quæ fit impune. *Cõuiciator* dicitur, qui os ſuum adverſus quoſuis armat. *Comitas*, eſt hilaritas quædam in hominũ conuenatib. *Dicacitas* autem, extra rationem exorbitãs hilaritas. 110 *Stultitia*, deficiens rationis uſus. *Riſus*, genarũ impulſus, & cordis ſubſultatio. *Temulentiã* vocabis immodicũ vini uſum: παροινίαν vero (licet *petulantiam in uino* dicas) ortas ex temulentia iniurias: *Crapulã*, de pridiana ebrietate profectã petulantiam. 115 *Cædes* alia corporum eſt, divinæ imaginis alia: utraq; dulciſsimæ harmonię ſiue concinnitatis perturbatio. *Scortationes & adulteria*, quædam ſunt corporum, videlicet rerum alienarum quaſi furta: quædam malorum geniorum: Quum Dei ſcilicet amor ad hoſtes ipſius trãsferatur. 120 *Deaſtrorũ cultor* is quoq; dicitur, qui aurũ religioſe colit. Quod ſi *Vtilitas* eſt, animi lucrum aliquod nãciſci: ſequitur *Detrimentũ* eſſe, damnum quoddã eidem adferri. *Miſericordia*, mutuus adfectus eſt in alienis calamitatibus. οἶκτος v. ſiue *miſeratio*, etiã aliquod in eum beneficij cõferre, qui calamitatem expertus eſt. 125 Τρόπος ſiue *indoles* cuiuſq;, talis vel talis eſt erga res habitus: ἦθος vero, eiuſmodi hominis effictio, de qua indoles eius coargui poteſt. *Doctrina*, eſt aliorũ informatio; quæ fieri tã facto quàm oratione debet. *Bona oratio*, malorũ medicatrix eſt: Mala vero, rerũ etiã præclararũ exſtirpatrix. 130 *Contẽplationis* nomine debes earũ rerum conſideratione accipere, quæ res mentis intelligẽtia tantũ percipiũtur: *Actionis* autẽ, quãdã in agendis rebus efficacitatẽ,

Ἡ λάθριος δὲ, διαβολή σοι κλητέα.
Μέμψις ἀνένθυμός τις, ἡ βλασφημία.
Κατήγορος δ᾽ ὃς πᾶσιν ὁπλίζει στόμα.
Ἀστειότης μὲν, φαιδρότης ἐν συλλόγῳ.
Ἡ δ᾽ εὐτραπελία, φαιδρότης ἔξω λόγου.
Λόγου δὲ, μωρί᾽ ἐστὶν ἡ ἀχρησία
Γέλως, παρειᾶς βρᾶσμα, παλμὸς καρδίας.
Οἴνου δ᾽ ἄμετρον χρῆσιν εἰπὲ μέθην.
Τὰ δ᾽ ἐκ μέθης ὑβρίσμαθ᾽, ἡ παροινία.
Ἡ κραιπάλη δ᾽ ἕωλος ὕβρις ἐκ μέθης.
Φόνος δ᾽ ὁ μέν τις σωμάτων, ὁ δ᾽ εἰκόνος·
Ἄμφω δὲ λύσις τῆς φίλης ἁρμονίας.
Πορνεία καὶ μοιχεία, ἡ μὲν σωμάτων
Ξένων κλοπή τις, ἡ δέ τις καὶ δαιμόνων·
Ὅταν θεοῦ τὸ φίλτρον εἰς ἐχθροὺς πέσῃ.
Εἰδωλολάτρης δ᾽ ὃς σέβει καὶ χρυσίον.
*Εἰ δ᾽ ὠφέλεια, κέρδος εἰς ψυχὴν λαβεῖν·
Βλάβη, τὸ ταύτην ζημιῶσαι, γίνεται.
Ἔλεος μέν ἐστι συμπάθεια συμφορᾶς.
Οἶκτος δὲ κ᾽ εὖ τι τὸν πεπονθότα δράσαι.
Ἕξις δὲ ποιὰ πρὸς τὰ πράγμαθ᾽ ὁ τρόπος·
Ἦθος δὲ πλάσμα τοῦ τρόπου κατήγορον.
Διδασκαλία, τύπωσις ἔργῳ καὶ λόγῳ.
Λόγος δ᾽ ἄριστος, ἐστὶ φαρμακοῦς κακῶν·
Ὁ δὲ οὐκ ἄριστος, καὶ καλῶν ἀναιρέτης.
Σκέψιν νοητῶν, τὴν θεωρίαν νόει.
Πρᾶξις δ᾽ ἐνέργειά τις εἰς τὰ πρακτέα.

Ἕξις

Ἕξις μὲν ἐστὶ ποιότης τις ἔμμονος·
Τόκος δὲ ταύτης, τὴν ἐνέργειαν λέγω.
*Τέχνη μὲν ἐστὶ σύνταγμ' ἐξ ἐμπειρίας.
*Ἕξις δ' ἄλυτος, ἣν ἐπιστήμην λέγω.
Ὁ μὴ χάριν τοῦδ', ἀλλὰ τοῦδ', ἐρῶ τέλος.
Σκοπὸς δὲ δή τις, ᾧ τέλει σπουδάζεται,
Δέησιν οἶδα, τὴν αἴτησιν ἐνδεῶν.
Τὴν δὲ προσευχὴν ἴσθι τῶν ἀμεινόνων.
Εὐχὴν δ' ὑπόσχεσίν τιν' ἐξιλάσματος.
Τὸ δ' ἐξίλασμα, δῶρον εἰς *τιμὴν φέρον.
Ἔπαινός ἐστιν εὖ τι τῶν ἐμῶν φράσαι·
Αἶνος δ', ἔπαινος εἰς θεὸν σεβάσμιος.
*Ὁ δ' ὕμνος, αἶνος ἐμμελὴς, ὡς οἴομαι.
*Ψαλμὸς σὺν ᾠδῇ γίγνεται ψαλμῳδία.
Τὰ ὄντα φάσκειν, ὡς ἔχει, ἀψευδία·
Ὡς δ' οὐκ ἔχει, ψεῦδος. καὶ λόγου μάχη,
Λόγον προσαύτη. οὔ τί χεῖρον τῷ βίῳ;
Ὅρκος δὲ δὴ πίστωσις ἐμμέσῳ θεῷ.
Τούτου δὲ τήρησίς τις ἡ εὐορκία.
Θρησκείαν οἶδα καὶ τὸ δαιμόνων σέβας.
Ἡ δ' εὐσέβεια, προσκύνησις τῆς τριάδος.
Ἄρνησίς ἐστιν, ἕν τι τῶν τριῶν κάτω
Βαλεῖν, θεοῦ τε μὴ σέβειν συμφυΐαν.
Πίστις δὲ διττή· ἡ μὲν ἐκ λόγου βίας,
Ἣ καὶ δικαία· ἡ δ' ἕτοιμος συνδρομή.
Λόγος γάρ ἐστιν ὁ πρόεδρος τοῦ λόγου.
Ἐλπὶς δ' ἀπόντος πράγματος συνουσία.

*Habitus*, eſt qualitas durabilis. Eius ſobolē equidē appello *efficacitatē*. *Ars* eſt deſcriptio quædā collecta de experientia. 135 *Sciētia* v. habitus eiuſmodi qui diſſolui nequit. *Finem* voco, nō cuius eſt aliquid gratia, ſed per quē: *Scopū* v. ſiue *Inſtitutū*, quo finis dirigitur. Δέησιν ſiue *Rogationem* accipe pro rerum neceſſariarum petitione: προσευχὴν autē ſiue *Precationē*, ſcito poſtulationem eſſe rerū præſtātiorum. 140 *Votū*, eſt pollicitatio quædam muneris placatorij. *Placatio*, donū quod ad honoris exhibitionem ſpectat. *Laudatio* ſiue ἔπαινος, eſt rerum & actionū humanarū prædicatio. Αἶνος a. religioſa quædā laudatio, quæ ad Deū pertinet. *Hymnus* deniq; (mea quidē ſentētia) eſt αἶνος modis numeriſq; cōpoſitus. 145 *Pſalmodia* dicitur à pſalmorū cantu. *Veritas* quidē eſt, ita res exponere quemadmodū ſe habēt: *Mendacium* v. aliter indicare quàm res habeat. λογομαχία, eſt aduerſatio & contentio quæ fit verbis. Quid ea poſsit in hominū vita peius eſſe? *Iuſiurandū* eſt fidei certificatio quæ fit interpoſito Deo. 150 Eius præſtatio dicitur εὐορκία. Θρησκείας ſiue *Religionis* vocabulum, etiā malorum geniorum cultui quadrat: *Pietas* v. proprie de adoratione Trinitatis uſurpari debet. *Abnegatio fidei*, eſt vel unam aliquam perſonam ex tribus, inferiorē ad ordinem deijcere; vel unitatem naturæ diuinæ nō colere. 155 *Fides* duplex eſt: una, quæ per orationis vim nobis aliquid perſuadet, ac iuſta inprimis eſt: Altera v. prōptus quaſi quidā cōcurſus eſt adſenſiōis. Nā ſermonis præſes eſt ipſe Sermo. *Spes*, eſt conuerſatio quaſi quædā cum re abſente;

cuius amiſsionē & ademptionē, vocamus *Deſperationē.* *Caritas*, eſt animorū arcta coniunctio & cōſenſus. Et *caritas erga Deū*, ipſa via eſt ad cōſequendā diuinitatē. *Odiū*, auerſatio quædam eſt, inimicitiarū effectrix. *Simulatio*, latens & clamdeſtina acerbitas. *Honos* creatoris, hominem amore complecti. Honos eius qui ſe ipſum noſtra cauſa pauperem fecit, eſt pauperibus adfici. *Hoſpitalitatis ſtudioſus* eſt, qui ſe quoque nouit eſſe hoſpitem *Pax* illa cunctis cara, eſt vitæ quædam tranquillitas. Maxime vero pax eſt adfectionum animi ſedatio. *Inimicitia*, meo quidem iudicio, eſt animi infenſi acerbitas atq; diſsidium. Et *inimicitia bellumque* malorum omniū cauſæ ſunt. *Puritas vitæ*, eſt conuerſatio & cōſuetudo cū Deo. *Peccatū* ſcire debes eſſe profanū quiddam & exſecrabile. *Luſtratio*, eſt inquinamentorum ablutio. Et per *Inquinamenti* vocem etiam informationem quaſi quandam vitiorum accipio, quæ mente fit. *Coniugium* eſt legitima corporum coniūctio: *Virginitas* autem, migratio quaſi quædam extra corpus. Ille vero *Solitarius* eſt, qui ſoli Deo viuit. Et *ſolitudo* mihi nihil eſt aliud quam ad ſalutem ſeſe cōponere. *Peccatū* eſt à bono exorbitatio; ꝗ * neque natura neque lex indulget aut permittit. *Lex*, eſt iuſta & æqua rerum agendarum definitio: *Mandatum* verò. Domini præceptio. *Iniquitas*, in lege delictum: *Ανομία.* immunitas legibus non adſtricta. *Iudaiſmus*, lex prima:

Secunda

Λύσιν δὲ ταύτης, τὴν ἀπόγνωσιν λέγω.
Συμψυχίαν δὲ τὴν ἀγάπην ὁρίζομαι·
Τὴν πρὸς θεὸν δὲ, καὶ ὁδὸν θεώσεως.
Μῖσος δ' ἀποστροφή τις, ἔχθρας ἐργάτις.
Ὑπόκρισις δὲ, λανθάνουσα πικρία.
Τιμὴ ἡ τοῦ πλάσαντος, ἄνθρωπον φιλεῖν·
Τοῦ πτωχίσαντος δ' αὐτὸν, ἡ πτωχῶν σχέσις.
Φιλόξενος δ', ὃς οἶδεν αὐτὸς ὢν ξένος.
Βίου γαλήνη δ' ἐστὶν, εἰρήνη φίλη·
Ψυχῆς ἡ καὶ μάλιστα, λώφησις παθῶν.
Ἡ δ' ἔχθρα μοι δύσνοια καὶ διάστασις.
Ἔχθρα ἡ καὶ πόλεμος, εὑρετὴς κακῶν.
Ἁγνισμός ἐστιν ἡ θεοῦ συνουσία.
Βέβηλον οἶδα καὶ βδέλυγμ' ἁμαρτίαν.
Κάθαρσίς ἐστιν ἔκπλυσις μολυσμάτων.
Μολυσμὸν οἶδα καὶ τύπωσιν τῶν κακῶν.
Γάμος μέν ἐστιν ἔννομος σαρκῶν δέσις.
Ἡ παρθενεία δ' ἔκβασις τοῦ σώματος.
Οὗτος μοναστὴς, ὃς θεῷ ζῇ καὶ μόνῳ.
Μονὴ δέ μοι, σύνταγμα πρὸς σωτηρίαν.
Ἁμαρτί' ἐστὶ τοῦ καλοῦ παρεκτροπή,
*Ὃ μὴ φύσις τε καὶ νόμος χαρίζεται.
Νόμος μέν ἐστιν ἔνδικος πρακτῶν ὅρος.
Ἡ δ' ἐντολή μοι δεσπότου παρεγγύη.
Παρανομί' ἐστὶν ἐν νόμῳ πονηρία.
Ἀνομίαν οἶδα τὴν νόμων ἐλευθέραν.
Ἰουδαϊσμός ἐστιν, ὁ πρῶτος νόμος·

Ὁ δεύτερος δὲ, τοῦ πάθους μυστήριον.
Ὁ μὲν σκιώδης, δαιμόνων ἀναιρέτης·
Ὁ δὲ τρανός τε καὶ λύτης αἰνιγμάτων.
Χριστοῦ δ' ἐνανθρώπησις, ἄλλη μου πλάσις,
Θεοῦ παθόντος σαρκικῶς ἐμῷ πάθει,
Ὃς πάντα πᾶσιν ἀντέδωκε τοῖς ἐμοῖς.
Ἐκ μὲν γυναικὸς ἦλθεν, εἰς Εὔας χάριν·
Ἐκ παρθένου δέ· καὶ γὰρ ἐκ πατρὸς μόνου
Τὸ πρῶτον, ἄζυξ ἀζύγων. ἡ δ' ἀπογραφὴ
Τῆς θείας αὖθις ἐγγραφῆς εἶχε τύπον.
Ἡ σπαργάνωσις, ἀντὶ τῆς γυμνώσεως.
Φόνος δὲ παίδων, νηπίων ἄρσις τύπων.
Ἀστὴρ τρέχων δὲ, προσκυνήσις κτίσεως.
Μάγοι δὲ προστρέχοντες, ἐθνῶν εἴσοδος.
Τὸ λουτρὸν ἦν κάθαρσις ὑδάτων ἐμῶν.
Τὸ πνεῦμα συγγένεια μαρτυρουμένη.
Ἄλειψις ἡ νηστεία πρὸς ἐχθροῦ πάλην.
Ἡ * πεῖρα δ' ἦν ἔρευνα τῆς θεοῦ πλοκῆς.
Στέφος δ' ἀκανθῶν, ἔνδυσίς τε πορφύρας,
Ἐχθροῦ κράτους σύλησις ἐκ πελαισμάτων.
Τρόπαιον ὁ σταυρὸς δὲ τοῦ ξύλου ξύλον.
Ἧλοι δὲ πῆξις τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας.
Εἴσω δὲ πάντα ταῖν χαιροῖν ἁπλουμέναιν.
Γεύσαι δὲ γεῦσις ἡ χολῆς ἀντίστατος.
Λῃστῶν δ' ὁ μὲν σέσωσο πιστεύσας Ἀδάμ·
Ὁ δ' ἦν πονηρὸς, καίπερ ἐσταυρωμένος.
Πένθος δὲ τοῦ παθόντος, ἔκτυπον σκότος.

Πετρῶν

Secunda vero', myſterium *paßionis Chriſti*. Et prima quidem illa lex, umbris erat inuoluta, malorum geniorum ſiue deaſtrorum exſtirpatrix: At altera hæc, plana dilucidaque, ſolutrix ænigmatum. *Incarnatio Chriſti*, altera quædam hominis eſt formatio; Deo carnaliter eos cruciatus perpeſſo qui in me cadunt: qui ſane Deus pro univerſis delictis meis omnino ſatisfecit. Ex *muliere* quidem prodijt, propter Euā: ex *virgine* vero, quia prius etiam de patre ſolo natus erat, nimirū ex iniugatis ipſe quoq; iniugatus. *Cenſus deſcriptio*, Figurā nouæ inſcriptionis diuinæ repræſentabat. *In faſcias inuolutio*, priſtinæ nuditati medebatur. *Infantum cædes*, puerilium figurarū abolitionē ſublationemq; ſignificabat: quemadmodū *currens illud ſidus*, aufugientē creatorū adorationem: *adcurrentes magi* gentilium intromiſſionem. *Lauacrum* ipſius, aquarum mearum purgatio. *Spiritus*, diuinæ cognationis teſtimonium. *Ieiunium*, quaſi quædam unctio præcedens luctam cum adverſario. *Tentatio* copulationis cum Deo exploratio. *Corona ſpinea, indumentumq; purpureum*, per luctationes varias aduerſariæ poteſtatis ſpoliatio. *Crux*, tropæū ligneum ligni veteris. *Claui*, mei peccati confixio. *Manibus explicatis* omnia complectitur. *Guſtus ille fellis*, guſtui priſco pomi opponebatur. Ex *latronibus* alter, qui ſalutem conſequebatur, erat Adamus ille qui in ipſum credidit: alter vero manebat ſceleratus, quamquam cruci adfixus. *Tenebræ*, quæ ad horam ſextam contigerunt, erant luctus quidam propter illum qui patiebatur.

*Petrarũ diuulſio*, petrarum propugnatrix. *Mortuorum reſuſcitatio, & in urbem Hieroſolymam ingreſſus.* 215 reſtitutio mortalium, qui perierant, in cœlũ. *Fluxio lateris*, de quo ſanguis & aqua ſimul prodiit, Duplicem baptiſmũ ſignificabat; quorũ alter eſt lauacri; alter, cruciatus & paſsionis, Quum perſecutionis tempus ſecum adfert periculum. *Mortalitas* ipſius, meæ mortalitatis eſt abolitio. 220 *Reſuſcitatio de mortuis*, ab orco noſtri liberatio. *Adſcenſus in cœlũ*, me quoq; ſurſum transfert. Quæ ſecundũ hæc reſtant, itidẽ age conſideremus. *Populus*, eſt hominũ collectio, ad cultũ venerationẽque Dei: *Templũ* vero, populi venerabile ſacrarium. 225 *Munus quod offertur Deo*, * victimæ luſtrales. *Munerũ ſacrũ receptaculũ*, menſa quæ * ſuffitus illos continet. *Sacerdotium*, animorũ ſanctificatio, Quæ hominẽ Deo, Deũ homini conciliat. *Myſterium*, eſt religioſum quiddam, quod non fas eſt oratione profari. 230 *Chariſmata* dicũtur Spiritus ſancti dona. *Vaticinium* appello rerũ obſcurarum denunciationẽ: *Euangelium* vero, prædicationem ſalutis nouæ: Ἀποστολὴν, (quaſi dicas *apoſtolatum*, ſiue *munus legationis*) ſocietatem, hanc ipſam prædicationem promouentem: *Catecheſin*, inſtitutionem qua iuniores de doctrina erudiuntur. 235 *Reſipiſcentiam* (μετάνοιαν) voco conuerſionem ad meliora. *Adiuratio* (ἐξόρκισις) malorum geniorum eſt abactio. *Lauacrum*, alterius vitæ ſigillum. * *Oblationes*, incarnationis Dei, Deique cruciatuum participatio.

240 *Signum* ſiue *Prodigium*, eſt miraculũ nõ uſitatum.

Πετρῶν δὲ ῥῆξις, τῶν πετρῶν ὑπέρμαχος.
*Νεκρῶν δ' ἔγερσις, εἴσοδός τε εἰς πόλιν,
Ἡ τῶν θανόντων εἰς ἄνω μετάστασις.
*Πλευρᾶς δὲ ῥεῦσαν αἷμα καὶ ὕδωρ ἅμα·
Τὸ διττὸν ἦν βάπτισμα λουτροῦ καὶ πάθους,
Ὅταν διώκτης κίνδυνον καιρὸς φέρῃ.
Ἡ νεκρότης δὲ, τῆς ἐμῆς ἀναίρεσις.
Ἡ δὲ νεκρῶν ἔγερσις, ἐξ ᾅδου λύσις.
Ἡ δ' εἰς ἄνω πορεία καὶ μ' ἄνω φέρει.
Καὶ τἀπὶ τούτοις, δεῦρό μοι, σκεψώμεθα.
Λαὸς μὲν ἐστι σύνταγμ' εἰς θεοῦ σέβας·
Ναὸς δὲ λαοῦ σεπτὸν ἁγνευτήριον.
Θεῷ δὲ δῶρον, θυσίαι καθάρσιοι.
Δῶρον δοχεῖον ἁγνὸν, ἡ θεηδόχος.
Τράπεζ'. ἱερωσύνη δὲ ἁγνισμὸς φρενῶν,
Θεῷ φέρων ἄνθρωπον, ἀνθρώπῳ θεόν.
Μυστήριον μὲν ἐστιν ἄρρητον σέβας.
Χάρισμα δ' οἶδα πνεύματος θείαν δόσιν.
Κήρυγμ' ἀδήλων, τὴν προφητείαν λέγω·
Εὐαγγέλιον δὲ τῆς νέας σωτηρίας.
Ἀποστολὴν δὲ συμμαχίαν κηρύγματος.
Λόγου δὲ γνῶσιν, τὴν κατήχησιν νέοις.
Τὴν δὲ μετάνοιαν, πρὸς τὰ κρείσσονα στροφήν.
Ἐξόρκισιν δὲ, δαιμόνων ἐξαίρεσιν.
Τὸ λουτρόν ἐστι δευτέρου βίου σφραγίς.
*Αἱ προσφοραὶ δὲ, τῆς θεοῦ σαρκώσεως
Παθημάτων τε τῶν θεοῦ κοινωνία.

Σημεῖόν ἐστι θαῦμα δ' οὐκ εἰθισμένον.
Πυρὸς δὲ γλῶσσαι, πνεύματος ἐνδημία.
Ὁ ψυχικὸς δ' ἄνθρωπος οὐδέπω καλός·
Ὁ σαρκικὸς δὲ καὶ λίαν πάθους φίλος·
Ὁ πνευματικὸς δὲ, οὐ μακρὰν τοῦ πνεύματος.
Τίς δ' ἀντίχριστος; πλῆρες ἰοῦ θηρίον,
Ἀνὴρ δυνάστης. ἡ ἀπόστασις δὲ τίς;
Ὁ παγκάκιστος ἀρτίως ἀποστάτης,
Ἥ τε κρατοῦσα νῦν θεοῦ διαίρεσις.
Μεθ' ἣν ὁ χριστὸς αὖθις ἐν δόξῃ πατρὸς,
Ὅσον φανῆναι σῶμα τοῖς θεοκτόνοις.
Μεθ' ἣν ἀνάστασις, ἡ δέσις τοῦ συνθέτου.
Μεθ' ἣν τὸ συμπέρασμα, τῶν ὄντων λύσις.
Ἔστι δὲ δή τις πρὸς τὸ κρεῖσσον ἀλλαγή.
Μεθ' ἣν κρίσις τε καὶ φόβος. τίς δ' ἡ κρίσις;
Οἰκεῖον ἔνδον τοῦ συνειδότος βάρος,
Ἢ κουφότης, νόμου τε πρὸς βίον σταθμά.
Μακαριότης δ' ἔμοιγ' ἡ εὐζωΐα.
Τίς δ' ἡ βασιλεία; τοῦ θεοῦ θεωρία,
Σὺν ἀγγέλοις τε δόξα καὶ ὑμνῳδία.
*Σκότος δὲ τοῖς κακίστοις, ἐκ θεοῦ πεσεῖν·
Σκώληξ δὲ, πῦρ τε, τῆξις ὑλικοῦ πάθους.
Εἰ δ' ἄλλο τοῦδε κρεῖσσον, οὐκ ἔξω θεοῦ.
Τύχη δὲ, καὶ πρόνοια, καὶ εἱμαρμένη·
Ἡ μὲν, τὸ συμβὰν αὐτομάτως, λόγου δίχα·
Ἡ δ' οἰακισμὸς, ᾧ φέρει τὸ πᾶν θεός·
Ἡ δ', εἱρμὸς, οἶμαι, τῶν θεῷ τυπουμένων.
Ταῦτ' ἐστὶν ἡμῖν ἐκτύπως ὁρίσματα,

Universitäts- bibliothek (Saale) * H 119

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0028-3

tatū. *Linguæ flammeæ*, ſpiritus ſancti præſentia. *Homo animalis*, qui nondū recte cōformatus eſt ad virtutē: *Carnalis* autē, qui etiā valde vitijs adhuc animiq; morbis eſt obnoxius: *Spiritualis* deniq;, qui nō longe à ſpiritu abeſt. 245 Quis eſt *Antichriſtus*; hoc eſt, *aduerſarius Chriſti?* plena veneni bellua, Et homo magna potentia præditus. Quid *Defectio* ſacris eſt in literis? Referri ea debet ad * apoſtatam illum recentem, longe ſceleratiſsimū; & ad diuiſionē Dei, quæ nunc paſsim viget. Secundum quam *rurſum aderit Chriſtus* in gloria patris; 250 ut oſtendat ac patefaciat corpus ſuū illis Dei peremptoribus. Hinc *reſurrectio* ſequetur, quæ eſt compoſiti (hoc eſt, animi & corporis) noua copulatio. Poſt illā ſequetur *cōſummatio*; quæ erit univerſitatis huius diſſolutio ſiue abolitio, & potiorem ad condicionem immutatio. Secundum quam ſequetur *iudicium* atq; metus. Et quodnam erit illud *iudicium?* 255 Ipſius intra ſingulos conſcientiæ vel onus, vel levitas; & legis ad vitā exactio, tamquā ad amuſsim facta. *Beatitas*, mea quidem ſententia, eſt vita bona & commoda. Quid *regnum cœleſte?* Dei contemplatio, glorificatio, celebratio communis cum Angelis. 260 *Tenebræ malorum*, Deo excidere: *Vermis & ignis*, craſſæ materiei abſumptio. Quod ſi quid eſt eo melius, à Deo nō excluditur. Reſtant fortuna, prouidentia, fatum. Ac *Fortuna* quidē eſt, quicquid accidit fortuito abſque ratione: 265 *Prouidentia* vero, ea gubernatio qua uniuerſitatem hanc rerum Deus verſat: *Fatū* deniq;, meo ſane iudicio, ſeries eorū quæ Deus quaſi deſignat & informat. Habes delineatas veluti quaſdam rerum definitiones.

# ANNOTATIO DAVIDIS HOESCHELII.

*IN præfatione vncis incluſa quæ ſunt, deſunt in exemplari quo uſi ſumus manu ſcripto, & in Anthologio Græco. Eiuſdem præfationis verſ. 16, Anthologion Gr. habet* λόγοις καὶ δόγμασιν.

*Verſ. 2,* ῥευστῶν] *Codex Auguſtanus* λευστῶν, viſibilium: *quod magis probo. ſic enim Epiſtola 1 ad Cledon. p. 312,* ὁ κόσμος οὗτος, τὸ ἐξ ὁρατῶν λέγω καὶ ἀοράτων σύστημα. *Et homil. in Dominicam nouam, p. 267,* βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς τόν δε τὸν κόσμον συστήσασθαι, τὸν ἐξ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων συνεστηκότα *&c. Eadem lectionis varietas verſu 10.*

*V. 14,* αἰὼν] *Naz. p. 229: Baſil. p. 665.*

*V. 18,* ὕδωρ] *Hunc verſum antea deſideratum, è cod. Aug. reſtitui.*

*V. 29.* λόγος δ' ἔρευνα] *Legendum,* λόγος δὲ ῥεῦμα, *id eſt,* Oratio eſt fluxus. *Nam Rationis facta iam ante mentio, verſu 12 & 24. Plato Sophiſta, T. 1, p. 263, e,* Τὸ δέ γ' ἀπ' ἐκείνης (τῆς διανοίας) ῥεῦμα διὰ στόματος ἰὸν μετὰ φθόγγου, κέκληται λόγος. *Nemeſius p. 13,* ἐξάγγελος τῶν κατὰ νοῦν κινημάτων. *In* ὅροις *Platoni adſcriptis,* φωνὴ *finitur* ῥεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας. *Logici inter* φωνὴν *&* λόγον *diſtinguunt; ut*

ex Epitome Pſelli εἰς τὴν Ἀριστοτέλους λογικὴν ἐπιστήμην conſtat; quæ ut aliquando edatur, operam dabimus.

*Verſ. 31,* αἴσθησις] ὡς αὐτό που δηλοῖ τοὔνομα, εἴσθεσίς τις οὖσα, τὰ φανέντα ἐπεισφέρει τῷ νῷ· *Philo p. 202.*

*V. 35,* Βούλησιν] *Andronicus, quem prelo adornamus, lib.* περὶ παθῶν· Βούλησις μὲν οὖν *(inquit)* εὔλογος ὄρεξις. *Inter hanc, &* θέλησιν, *diſcrimen ſtatuit anonymus ſcriptor* περὶ ἀρετῶν: *de quo forte alibi erit dicendi locus.*

*V. 37,* ἡ δ᾽ οἷ] *Diadochus, Epiſcopus Photicæ Epiri Illyric. in Centiloquio;* αὐτεξουσιότης ἐστὶ ψυχῆς λογικῆς θέλησις, ἑτοίμως κινουμένη εἰς ὅπερ ἂν καὶ θέλοι· ἥν τινα περὶ μόνον τὸ καλὸν ἑτοίμως ἔχειν πείσωμεν, ἵνα ἀεὶ ταῖς ἀγαθαῖς ἐννοίαις τὴν μνήμην ἀναλίσκωμεν τοῦ κακοῦ.

*V. 55,* Θράσος δὲ] *alibi*· καὶ θάρσος ἔφυ θράσος ἔκτοθι μέτρου.

*V. 71,* Φθόνος δὲ τῆξις] *Ideo* παρὰ τὴν φθόην *Grammatici deriuant, id eſt à tabe. Vnde verſiculus,* ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει·
Inuidus ipſe ſuis patitur mala vulnera telis.
*& apud Latinum poetam,* Inuidus alterius reb. macreſcit opimis.

*V. 121,* εἰ δ᾽ ὠφέλεια] *Aug. cod.* ἡ δ᾽ ὠφ.

*V. 134,* Τέχνη] *Ariſtoteles lib. 1* τῶν μετὰ τὰ φυ-

σικὰ, cap. 1, Γίνεται δὲ τέχνη, ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων καθόλου μία γίνεται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις. *Nota eſt & Stoica artis definitio, quã Philo, Galenus, Sext. Philoſophus, Lucianus, atque Ariſtotelis interpres Euſtratius, adferunt hoc modo emendanda;* τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων (*his opponuntur* ἀσυγγύμναστον *apud Lucian. T. 3, p. 468*) πρός τι τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ, *ſeu (ut Sext. Empiricus)* ἐπὶ τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ λαμβανόντων τὴν ἀναφοράν. *Interpretationem pete è Quintiliano & Diomede.*

*V. 135,* ἕξις δ᾽ ἄλυτος] *Philo p. 301,* ἐπιστήμη, ἐστὶ κατάληψις ἀσφαλὴς καὶ βέβαιος, ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου: *è philoſophorum ſchola.*

*V. 141,* εἰς τιμὴν] *Aug. cod.* εἰς ψυχήν.

*V. 144.* ὁ δ᾽ ὕμνος] μετὰ τὰς ψαλμῳδίας ὕμνοι, ἅτε θειότερον (γε, τελειότερόν τι) πρᾶγμα, *Chryſoſt.* Αἱ γὰρ ἄνω δυνάμεις ὑμνοῦσιν, οὐ ψάλλουσιν. οὐ γὰρ ὡραῖος ὕμνος (αἶνος, *Siracid. 15, v. 9.*) ἐν στόματί φησιν ἁμαρτωλοῦ, *idem.*

*V. 145,* ψαλμὸς] *Clem. Alex. Pæd. p. 42,* καὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς, ἐμμελής ἐστιν εὐλογία, καὶ σώφρων· ᾠδὴν πνευματικὴν ὁ ἀπόστολος εἴρηκε τὸν ψαλμόν. Ὕμνοι δὲ ἔστων τοῦ θεοῦ αἱ ᾠδαί. *Baſil. p. 79,* ὁ ψαλμὸς, λόγος ἐστὶ μουσικὸς, ὅταν εὐρύθμως, κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους, πρὸς τὸ ὄργανον κρούεται. Ωιδὴ

δὲ, φω-

δὲ, φωνὴ ἐμμελὴς, ἀποδιδομένη ἐναρμονίως, χωρὶς τῆς συνηχήσεως τοῦ ὀργάνου.

*V. 180,* Ὁ μὴ φύσις) *Aug. cod.* Ὅ μοι φύσ.

*V. 203,* Ἡ πεῖρα) *Aug. cod.* ἡ σπεῖρα.

*V. 214,* Νεκρῶν δ' ἔγερσις) *Verſus hic cum ſequente, rectius fortaſſe collocabitur ante v. 204.*

*V. 216,* πλευρᾶς δὲ ῥεῦμα) *Orat. in Paſcha, p. 260,* αἷμα καὶ ὕδωρ τῆς πλευρᾶς χεόμενον· τὸ μὲν, ὡς ἀνθρώπου· τὸ δὲ, ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον.

*V. 238,* Αἱ προσφοραὶ δὲ) *Baſil. p. 359: Macarius homil. 27, p. 382.*

*V. 260,* Σκότος δὲ) *idem Baſilius p. 74, in expoſitione Pſalmi vigeſimi octaui;* οἶμαι δὲ ὅτι τὸ πῦρ, τὸ ἡτοιμασμένον εἰς κόλασιν τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, διακόπτεται τῇ φωνῇ τοῦ κυρίου· ἵνα ἐπειδὴ δύο εἰσὶν ἐν τῷ πυρὶ δυνάμεις, ἥτε καυστικὴ καὶ ἡ φωτιστικὴ, τὸ μὲν δριμὺ καὶ κολαστικὸν τοῦ πυρὸς, τοῖς ἀξίοις τῆς καύσεως προσαπομείνῃ· τὸ δὲ φωτιστικὸν αὐτοῦ καὶ λαμπρὸν, τῇ φαιδρότητι τῶν εὐφραινομένων ἀποκληρωθῇ *&c. Similia p. 24, 93, 118: Naz. p. 131: qui idem* ἐν ἀπορρήτοις *ſcribit; v. 15,*

καὶ γὰρ πῦρ θεὸν οἶδα κακοῖς ὡς φῶς ἀγαθοῖσιν·

*ut & Clem. Alex.* λόγῳ προτρεπτικῷ, *pagina 7.*

*In Latina interpretatione, verſu 2[illegible], Auguſtani codicis lectio eadem quæ interpretis: ſed emendatio D.H. verſionem poſtulat hanc.* Oratio men-

mētis informationū fluxus. *V. 47.* πρὸς ὕβριν *reddi etiam poteſt*, aduerſus illatas iniurias. *V. 180, Aug. codicis lectio ſonat*; quod bonum mihi & natura & lex largitur. *V. 225*, Victimæ luſtrales) *preces. Sequenti verſu* ἡ θεηδόχος τράπεζα *ſonat etiam* Deum recipiens menſa; *i. panem corpus Domini. Interpres per Suffitus intelligit preces: ut ſit, apud quam preces fiunt ad Deum. V. 238*, Oblationes) *quibus nempe offeruntur nobis ſacra ſymbola. nam de ſacramentis loquitur: inquit Io. Leuncl. interpres.*

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0035-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0036-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0037-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0038-9

Ib 1073

ULB Halle 3
002 803 712

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0039-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0040-0

RII

NI

E-

*AVGV-*

E H OE-

*elij No-*

NIS



eri.

Inches Centimetres B.I.G. Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue Farbkarte #13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-328675-p0041-5